


1149

*Ex libris Josephi Guarnero maritimes  
Arbitrari Platani*

*opt. 1840 XV 256 406*



*HOBBS*



# Ordo

ptizandi secundum Rítum

Romane Ecclesie ad

vsúm ciuitatis

Manue.



*Andreas Paganus Genensis*

*Diebus Julij*

*MDC.*

## Tabula huius libri.

Ad cathecuminū faciendū. car. viii.	
Ordo ad cōmunicandum infirmū. ix.	
Ordo ad ungendū infirmū. car. xvij.	
Ordo commendationis anime. xxi.	
Ordo ad sepeliendū mortuos. xxviii.	
Ordo ad sepeliendū pueros. . xxxij.	
Ordo ad faciēdū aquā bñdictā. xxxiiij.	
Benedictio Panis.	xxxv.
Benedictio ouorum.	xxxv.
Benedictio agni: ⁊ carniū.	xxxvj.
Benedictio cōmunis ad oīa.	xxxvij.
Benedictio vne vel ficuum ⁊ aliorum fructuum.	xxxviij.
Benedictio candelarum.	xxxviij.
Benedictio Peregrinorum.	xxxviij.

**R**everendissimus in Chri-  
 sto pater: et Illustrissimus  
 Dñs B. Merc. Gonz. san-  
 cte Romane Ecclesie sancte Marie  
 nove Presbiter Cardinalis Man-  
 tuanus: ecclesieq; Mantuane perpe-  
 tuus administrator: Pro pastoralis: qđ  
 sibi a deo et domino nostro Jesu Chri-  
 sto creditum est: officio: ne quid: quod  
 ad ipsius Dei cultum: salutemq; ani-  
 marum spectet: pretermittatur: li-  
 brum hunc cathecuminorum secun-  
 dum morem Ecclesie Cathedralis  
 Mantue imprimendum curavit: Et  
 in tanti sacramenti administratio-  
 ne inter se vt omnes conuenire pos-  
 sint: mandauit in virtute sancte obe-  
 dientie omnibus Archipresbyteris:  
 Prioribus: Prepositis: Ecclesiarum  
 Rectoribus seu Capellanis anima-  
 rum curam gerentibus tam in vrbe  
 q̄ in tota diocesi librum hunc apud

se habere: ⁊ formam in eo traditam  
omnes seruare. Et ne casu aliquo in  
errorem inducantur: Aduertant sa-  
cerdotes: ne aliquem baptizent nisi  
in aqua elementalī ⁊ naturalī: quia  
fluxit de latere Christi aqua pura: si-  
ue sit calida siue frigida: non refert:  
modo ceremonie seruentur ⁊ forma  
consueta. Non ergo in aqua rosea:  
seu in aliis liquoribus similibus: aut  
vino nec debet nec fieri potest bap-  
tismus. Modum ⁊ formam baptizan-  
di memoria teneant: atq; omnia ad  
baptismum pertinentia in promptu  
habeant. Et quoniam plures ca-  
sus occurrere solent: ⁊ in necessitate  
etiam laici baptizare possunt: ⁊ de-  
bent: alias mortaliter peccarent: in-  
struantq; sacerdotes saltem semel in  
mense in die festo laicos parrochia-  
nos suos: qualiter ⁊ ipsi laici in casu  
necessitatis: videlicet: cum sacerdo-

tis copia haberi non possit : ⁊ infantes in articulo mortis constituti sint : tam mares q̄s femine baptizare possunt : infundendo aquam super caput infantis : verba sequentia : ⁊ non alia : attente ⁊ cum intentione facienda quod intendit Ecclesia : dicant.

Ego te baptizo in nomine patris ✠ : ⁊ filij ✠ : ⁊ spiritus sancti ✠ : Amen.

vel: Io te Battezo nel nome del padre ✠ : ⁊ del figliolo ✠ : ⁊ del spirito sancto. ✠ : Amen.

Admoneant igitur hec sepissime sacerdotes in ecclesia populum suum : ne quis sine baptismo decederet : ⁊ de his instruende sunt potissimum obstetrices . Ad hec : si deportaretur aliquis ad baptizandum : de quo dubitaretur an esset baptizatus nec ne : post alias ceremonias in aliis ordinarie fieri solitas : sacerdos quando venit ad actum illum baptizandi : dicat hec verba .


Se tu sei battezzato : Io non te battezo : ⁊ se tu non sei battezzato : Io te battezo : in nome del padre ✠ : ⁊ del figliolo ✠ : ⁊ del spiritofanto ✠ : Amen. *Hec sic vulgariter posuimus: vt instruatur populus : Quod si quis fortasse alicui creature occurreret : quam nesciret an baptizata esset nec ne : ⁊ eam in extremis laborare videret : vt eam his verbis baptizaret :*

*Se tu sei battezzata ⁊c. vt supra.*

**C**Item in qualibet plebe ⁊ parrochiali ecclesia in qua est fons baptismalis : super eo fonte sit vnū ciborium tutum ⁊ bene clausum cum sua clauis : in quo teneatur semper parata aqua baptizandi : quam omni anno in Sabbatho sancto : ⁊ in Sabbatho Penthecostes curati debeant benedicere : ⁊ continue fons ipse bene custodiatur : ne aqua baptismali aliquando abuti contingat. **¶** Ut omnes Rectores seu La



pellani Ecclesiarum que alicuius ple-  
bis sint capelle : aut ecclesie alicui sint  
subiecte quoquo modo : in die sabbati  
Sancti teneantur singulis annis cum  
suis superpellicijs accedere ad dictas  
plebes seu matrices ecclesias iuxta  
morem iandiu obseruatū: **Q**uod in  
baptismate vltra duos cōpatres aut  
commatres duas non admittantur :  
z quum masculum vnum pro compa-  
tre z feminam vnā pro commatre  
esse contigerit : solus masculus tanq̄  
serus dignioris de sacro fonte leuet :  
Sacerdotiq; interroganti respōdeat:  
femine autem presente masculo non  
liceat de sacro fonte leuare.

 **C** Et librum particularem habeant  
curati: in quo tam baptizatos q̄ com-  
patres describant : quem librum pre-  
dicti sacerdotes teneant apud se : z in  
qualibet parrochia illū perpetuo di-  
mittāt : quem in perpetuo cum omni-

diligentia custodiant: vt de huiusmo-  
di cognatione spirituali cognosci sem-  
per possit per quemlibet: sua interesse  
putantem: scribatur autem hoc mo-  
do. Anno tali: die tali mensis. **A**  
**P**er me. **A.** presbyterum seu capella-  
num parochialis ecclesie talis loci:  
**A.** filius vel filia talis baptizatus vel  
baptizata fuit: talis ⁊ talis leuauerunt  
eum vel eam de sacro fonte: Et ad  
omnem simoniace labis suspicionem  
amouendam: pro huiusmodi scriptu-  
ra nihil dari: nihilq; accipi possit: eti-  
am quod sponte offeratur.

**P**eracto sacramēto: sacerdos: **Pa**  
**trinis** ⁊ **M**atrinis: siue compatribus  
⁊ commatribus iniungat: moneatq;  
eos vt infantē ab omni fortuito euen-  
tus periculo custodiant: ⁊ cum ad eta-  
tem peruenerit: **D**ominicam oratio-  
nem cum angelica salutatione ⁊ sym-  
bolo apostolorum eum addiscere ⁊ in  
catholica

catholica fide edoceri faciant : ⁊ ipse sacerdos singulis diebus festiuis in medio misse post offertorium doceat subditos: **Credo: Pater noster: Aue Maria:** Dicendo illa morose : ⁊ cum plena oris expressione bis ⁊ ter : ⁊ plus ⁊ minus: secundum quod magis expediens visum fuerit: sed bis saltem illa dicantur. Quod si parentes omiserint aduertant **Patrinos ⁊ Matri-**nas ad hoc esse obligatos. Nam ipsi in actu illo **Deo** promittunt: constituendo se quasi fideiussores: q̄ baptizatus tempore suo fidelis **Deo** erit: ⁊ ob eam causam nemo ad leuandum infantem ex sacro fonte admittatur: nisi predictas orationes sciat: quum quis docere non ualeat quod ignorat.

**Hec ⁊ his** similia sacerdotes curati non solum in actu illo: uerum etiam sepius publice in ecclesia infra **Dis-**sarum solennia moneant: vt omnes

cautiores sint ad obligandum se tanto oneri : ⁊ magis charitatiui ac diligentes erga illos : quos iam tenuerunt.

**C** Doneantur etiam mulieres Christiane ne lac prebeant infantibus Iudeorum propter scandalum fidei.

Quod non exponant proprios filios aut alienos ad hospitalia contra pietatem ⁊ charitatem.

**C** Aduertant mulieres ne culpa sua faciant abortum.

**C** Doneant parrochianos suos ne audeāt filios vel filias tam proprios vel proprias q̄ alienos vel alienas saltem per vnum annum a die natiuitatis eorum secum in lecto ad lactandum seu dormiendum tenere ⁊ collocare : ne negligentia vel culpa eorum suffocentur : vt sepe contingit : vnde ipsimet parentes homicidij vel parricidij rei inueniantur.

**E**t q̄ scientes dictam transgressionem debeant statim reuelare plebano seu Vicario ipsius Episcopi : vt casus soffocationis : seu oppressionis non accidat.

**L**aqueant omnino Sacerdotes ne cum hoc tantum Sacramentum administratur : dissolutiones fiant : risus : aut clamores : sed Sacerdos ⁊ qui assistunt : valde deuoti esse debēt cum misteria singularia in hoc sacramento contineantur : Sacerdotes etiam quantum poterūt puerperarum conuiuia euitent : quum in illis multa sepe ecclesiastico statui inconuenientia fiant ⁊ dicantur.


**L**aqueant autem summopere Sacerdos ne peccati reus Sacramentum istud sicut ⁊ cetera ministret : Alias deum nouo peccato mortaliter offenderet : Sacerdotes omnes curati ⁊ baptismalibus Ecclesijs presidentes :

fi quando contigerit : vt compatres  
vel commatres eorum spōte vel man-  
dato parentum vellent imponere no-  
men apud gentiles receptum : bap-  
tizando consulant : ⁊ totis viribus per-  
suadere studeant : exorantes vt ba-  
ptizando alicuius Sancti nomen im-  
poni permittant : iuxta ritum ⁊ mo-  
rem eorum : qui vere Christi fideles  
sunt.

**C** Laueant Sacerdotes ne aliquem  
baptizare presumant extra suos par-  
rochianos : nisi necessitate urgente.  
Cum autem Sacerdotes iubeantur  
pro se primum : deinde pro alijs orare :  
hortatur omnes ⁊ singulos P̄refa-  
tus Reuerendissimus ꝛc. vt anteq̄  
ad ministerium Sacramentorum ac-  
cedant : sequentem dicant orationem :  
vt sic fideles ministeriorum Christi  
dispensatores valeant inueniri.

## Oratio.

**A**desto domine supplicatio  
 nibus nostris : ⁊ me indi-  
 gnum : qui primum miseri-  
 cordia tua indigeo : clemen-  
 ter exaudi : ⁊ quem non electione  
 meriti : sed dono gratie tue cōstitui-  
 sti huius operis ministrum : da fidu-  
 ciam tui muneris exequendi : ⁊ ipse  
 in nostro ministerio : quod tue virtu-  
 tis est : operare. **P**er Christum do-  
 minum nostrum. **R** Amen.





Ordo ad Cathecuminum facien-  
dum secundum Ecclesiam  
Mantuanam.

**S**acerdos ad ianuam Eccle-  
sie superpellicio ⁊ stola in-  
dutus faciet puerum tene-  
ri super brachio dextro: ⁊  
interroget de nomine eius dicens:  
Quomodo vocaris? **R.** Ioannes:  
vel Maria: Tunc sacerdos. Ioan-  
nes: vel Maria: Quid petis ab ec-  
clesia Dei? **R.** Fidem: Sacerdos.  
Fides quid tibi prestat? **R.** Vitam  
eternam: Sacerdos. Hec est vita  
eterna vt diligas dominum deū tu-  
um ex toto corde tuo: ⁊ ex tota ani-  
ma tua: ex tota mente tua: ⁊ ex om-  
nibus viribus tuis: hoc est maximum  
⁊ primum mandatum. Secundum  
autem simile est huic diliges proxi-  
mum tuum sicut te ipsum. Postea sa-

Ad cathecuminum  
cerdos insufler in faciem ter: ⁊ dicat.  
Eri ab eo immunde spiritus: ⁊ da lo-  
cum Spiritui sancto Paracleto. Sic  
in modum Crucis halet calido flatu  
in faciem infantis dicens. Accipe Spi-  
ritum sanctum: per uitam insufflatio-  
nem ⁊ Dei benedictionem exeat de te  
spiritus malignus: ⁊ ingrediatur in  
te Spiritus sanctus: ⁊ maneat tecum  
in secula seculorum. Amen. **V** Par-  
tibi. **R.** Et cum spiritu tuo. Deinde  
faciat crucē cum pollice in fronte eius  
⁊ in pectore dicens. Accipe signum  
cru<sup>+</sup> cis tam in fronte q̄ in cor-  
de <sup>+</sup> sume scutum fidei celestium pre-  
ceptorum: talis esto moribus: vt tem-  
plum Dei iam esse possis. **R.** Amen.

**O**ratio.

**P**reces nostras quesumus  
domine clementer exaudi:  
⁊ hunc electum tuum cru-  
cis dominice: cuius impressione si-  
gnamus:

## Faciendum

ix

gnamus: virtute custodi: vt magnitudinis glorie rudimenta seruans per custodiam mandatorum tuorum: ad regenerationis gloriam peruenire mereatur. Per eundem. Qui venturus est iudicare viuos &c.

## Oratio.

**D**eus qui humani generis ita es cōditor vt sis etiam refozmator: propitiare populis adoptiuis: & nouo testamēto sobolem noue prolis ascribe: vt filij promissionis quod nō potuerint assequi p natu ram: gaudeant se recepisse per gratiam. Per dominum nostrum. Qui venturus est iudicare viuos &c.

Beinde extendens manū super caput infantis dicat sequentem orationem.

**O**mnipotens sempiterna deus pater dñi nostri Iesu Christi respicere dignare super hunc

℟

## Ad cathecuminū

famulum tuū: quem ad rudimenta  
fidei vocare dignatus es: omnem ce-  
citatē cordis ab eo expelle. Disrum-  
pe omnes laqueos Sathane: quibus  
fuerat alligatus: aperi ei ianuam do-  
mine pietatis tue: ⁊ sale sapientie tue  
imbutus: omnium cupiditatum fetore  
careat: ⁊ ad suauem odorem pre-  
ceptorum tuorum letus tibi in eccle-  
sia tua deseruiat: ⁊ proficiat de die in  
diem: vt idoneus efficiatur accedere  
ad gratiā baptismi tui perfecta medi-  
cina. Per eundem. Qui venturus est  
iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊c.

## Benedictio salis

**B**ene ⁊ dic omnipotens deus  
hanc creaturā salis in tua be-  
ne ⁊ dictione celesti in nomi-  
ne domini nostri Iesu Christi: ⁊ in  
virtute spiritus sancti ad effugandum  
inimicum: quem tu domine sanctifi-  
cando sancti ⁊ fices: benedicendo

## Faciendum

r

bene **¶** dicas : fiatq; omnibus acci-  
pientibus perfecta medicina : perma-  
nens in visceribus eorum : in nomine  
domini nostri Iesu **Ch**risti. Qui ven-  
turus est &c. Tunc accipit de ipso sale  
& ponit in ore infantis dicens.

Ioannes . Accipe salem sapientie qui  
propitiatio sit tibi in vitam eternam .  
Amen. **V.** Pax tibi . **R.** Et cum spi-  
ritu tuo.

## Oratio.

**O** Deus patrū nostrorum : deus  
vniuerse cōditor veritatis : te  
supplices exoramus : vt hūc  
famulum tuum . **A.** respicere digneris  
propitius : vt eum primum pabulum  
salis gustantem non diutius esuri-  
re permittas : quo minus cibo re-  
pleatur celesti : quatenus sit semper  
diuino spiritu feruens : spe gaudens :  
tuo semper nomini seruiens : & perduc

## Ad cathecuminum

eum ad noue regenerationis luan-  
crum: vt cū fidelibus tuis promissio-  
num tuarum eterna premia consequi  
mereatur. Per dominum. Qui ven-  
turus est iudicare viuos &c.

### Adiuratio.

**A** Forcizo te immunde spiritus  
in nomine pa-**T**ris: & fi-**L**i:  
& spiritus **S**ancti: vt ex eas &  
recedas ab hoc famulo dei: ipse enim  
tibi imperat maledicte damnate: qui  
pedibus super mare ambulauit: & Pe-  
tro mergenti dexteram porrexerit.

Ergo maledicte diabole recogno-  
sce sententiam tuam: & da honorem  
deo viuo & vero: Da honorem Jesu  
Christo filio eius & spiritui sancto: ut  
ex eas & recedas ab hoc famulo dei:  
quia eum ita sibi deus & dominus no-  
ster Iesus Christus ad suam sanctam  
gratiam: & benedictionem fontemq;  
baptismatis dono vocare dignatus

est: vt hoc signum sancte Cru **†** cis:  
 quod nos in fronte eius damus. Tu ma  
 ledicte diabole nunq̄s audeas viola  
 re. Per virtutem eiusdem domini no  
 stri Iesu Christi. Qui venturus est iu  
 dicare viuos ⁊ mortuos ⁊c.

His ita peractis Sacerdos porri  
 gat caput stole baiulanti ⁊ introdu  
 cat infantem in ecclesiã dicens. A.

**I**ngredere ecclesiã Dei per  
 manum Sacerdotis: vt ha  
 beas partem cū Christo in  
 vitam eternam. Amen.

Tunc Patrinus ponat eum super  
 pauimentū ⁊ dicat cum sacerdote:

**P**ater noster: qui es in celis:  
 sanctificetur nomen tuum:  
 Adueniat regnum tuum:  
 Fiat voluntas tua: Sicut in celo ⁊ in  
 terra: Panem nostrum quotidianum  
 da nobis hodie: Et dimitte nobis de  
 bita nostra: sicut ⁊ nos dimittimus

Ad cathecuminū

debitoribus nostris: Et ne nos inducas in tentationem: Sed libera nos a malo. Amen.

**Q**redo in Deum: patrem omnipotentem: creatorem celi et terre: et in Iesum Christum filium eius unicum: dominum nostrū: Qui conceptus est de spiritu sancto: natus ex Maria virgine: Passus sub pontio Pilato: crucifixus: mortuus: et sepultus: Descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis: Ascendit ad celos: sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis: Inde venturus est iudicare viuos et mortuos. Credo in spiritum sanctum: et sanctam Ecclesiam catholicam: sanctorū communionem: Remissionem peccatorum: Carnis resurrectionē: vitam eternam. Amen.

Quibus finitis: eleuatur de terra et Sacerdos faciens crucem in fronte



cum pollice dicat .

**I**n nomine pa- tris: ⁊ fi- lii: ⁊ spiritus sancti. Amen.

Postea posita manu super caput eius dicit hanc orationem.

**N**on te lateat Sathana immi- nere tibi penas: imminere ti- bi tormenta: imminere tibi diem iudicij: diemq; supplicij sempi- terni: diem qui venturus est velut cli- banus ardens: in quo tibi atq; vni- uersis Angelis tuis eternus veniet interitus: Et ideo pro tua nequitia damnate: da honorem Deo viuo ⁊ vero: da honorem Jesu Christo filio eius ⁊ spiritui sancto. In cuius nomi- ne atq; virtute tibi impero: quicumq; es spiritus immunde: vt ex eas ⁊ re- cedas ab hoc famulo Dei: quem ho- die dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam: fontemq; baptismatis dono vocare dignatus

## Ad cathecuminum

est: vt fiat ei templum per aquam re-  
generationis in remissionem omniũ  
peccatorum. In nomine eiusdem do-  
mini nostri Jesu Christi. Qui ventu-  
turus est iudicare viuos &c.

Deinde tangat ei nares & aures de  
spuito: & dicat ad aurem dextram.

Affeta: quod est: adaperire: Ad na-  
res: In odorem suauitatis: Ad aurẽ  
sinistram: Tu autem effugare diabo-  
le: appropinquabit enim iudicium  
dei: Tunc interroget de nomine eius  
& dicat. Abrenuncias Sathane? R:  
Abrenuncio. Sacerdos. Et omni-  
bus operibus eius? R. Abrenuncio.  
Sacerdos. Et omnibus pōpis eius?  
R. Abrenuncio. Postea tangit de  
oleo exorcizato pectus & inter scapu-  
las crucem faciendo cum pollice & di-  
cit. Ego te linio oleo salutis in Chri-  
sto Jesu domino nostro: vt habeas  
vitam eternam. Amen.

Deinde

Deinde eo sic cathetizato portetur  
ad fontem: et interroget eum Sacerdos  
dicens. Quid vocaris? R. Joannes:  
vel Maria. Sacerdos. Joannes: Cre-  
dis in deum patrem omnipotentem  
creatorem celi et terre? R. Credo.  
Sacerdos. Credis et in Iesum Chri-  
stum filium eius unicum dominum nostrum  
natum et passum? R. Credo. Sacerdos.  
Credis et in spiritum sanctum: et sanctam  
ecclesiam catholicam: sanctorum comu-  
nionem: remissionem peccatorum: car-  
nis resurrectionem: vitam eternam?  
Amen. R. Credo. Item interrogat.  
Joannes: vis baptizari? R. Volo  
Tunc sacerdos cum intentione baptizet  
eum sub trina merfione: sanctam Tri-  
nitatem semel tantum inuocando sic:  
Ego te baptizo In nomine patris.  
et mergat semel: et filij: et mergat se-  
cundo: et spiritus sancti: Amen: et mer-  
gat tertio. Quo peracto Sacerdos

Ad cathecuminum facien dum  
perungat eum in vertice sacro Chri-  
smate dicens: Pax tecū: R. Et cū spiri-  
tu tuo. Deinde dicit hanc orationē.

**O** Deus omnipotens pater domi-  
ni nostri Iesu Christi: qui te  
regenerauit ex aqua ⁊ spiritu  
sancto: quiq; dedit tibi remissionē om-  
nium peccatorū: Ipse te liniat chris-  
mate salutis in Christo Iesu domino  
nostro in vitam eternam. Amen.

Deinde ponat linteum super caput  
eius dicens.

Accipe vestem candidam: ⁊ immacu-  
latam: quam perferas ante tribunal  
domini nostri Iesu Christi vt habeas  
vitam eternam. Amen.

Postea dat ei candelā accēsam dicens  
Accipe lampadem ardentem irrep-  
rehensibilem: custodi baptismum tuum:  
vt cum dominus noster venerit ad nu-  
prias: possis occurrere ei in aula cele-  
sti. Amen.

Ordo ad communicandum  
infirmum .

**O** Ato prius signo cū campana: ⁊ congregato populo: accensis cereis ⁊ larterna cum lumine: ⁊ aqua benedicta ⁊ campanula: Sacerdos indutus cotta ⁊ stolla: accipit Corpus domini reuerenter: ⁊ ponit duas hostias in tabernaculo: quod panniculo serico cooperit: habens pannum sericum longum super spatulas: ⁊ portans Corpus Domini ante faciem suam eleuatū: vadit ad domum infirmi: precedentibus ⁊ sequentibus luminibus: dicendo: **Psat. Misere mei ⁊c.** Et si commoditas adest: adsint quatuor deferentes baldachinum super Corpus Domini. Cum autem peruentum fuerit ad domum: ingrediens cameram infirmi dicat. **Pax** huic domui. **R.** Et omnibus habitan-

**O**rdo ad cōmunicandum  
 tibus in ea. Postea sacerdos reclinet  
 tabernaculum reuerēter in loco mun  
 do ibi preparato. Deinde accedens  
 ad infirmum: aspergat eum aqua be  
 nedicta in modū crucis dicens **Añā:**  
**Asperges me. v. Misere mei. Glo**  
**ria patri. z repetitur Añā. Asperges:**  
 qua repetita dicat sacerdos. **v. Sal**  
**uum fac seruum tuum. R. Deus me**  
**us sperantem in te. v. Mitte ei do**  
**mine auxilium de sancto. R. Et de**  
**syon tuere eum. v. Nihil proficiat**  
**inimicus in eo. R. Et filius iniquita**  
**tis non apponat nocere ei. v. Esto ei**  
**domine turris fortitudinis. R. A fa**  
**cie inimici. v. Domine exaudi ora**  
**tionē meā. R. Et clamor meus ad te**  
**veniat. v. Dominus vobiscū. R. Et**  
**cū spiritu tuo: O remus. Oratio.**

**O** Deus infirmitatis humane sin  
 gulare presidium: auxilij tui su  
 p infirmum famulum tuum

ostende virtutem: vt ope misericordie tue adiutus ecclesie tue sancte incolumis representari mereatur. Per Christum dominum nostrum. Deinde immediate dicat infirmus. Confiteor Deo &c. finita confessione sacerdos dicat. Misereatur tui omnipotens deus &c. Indulgentiam absolutionem & remissionem &c.

**D**ominus noster Iesus Christus: qui dixit discipulis suis: quecūq; ligaueritis super terram: erunt ligata & in celo: & quecūq; solueritis super terram: erunt soluta & in celo: de quorum numero: quāuis indignos nos esse uoluit: ipse te absoluat per ministerium nostrū ab omnibus peccatis tuis: que quonīs modo: cogitatione: locutione: & operatione: negligenter egisti: atq; a peccatorum nexibus absolutum perducere dignetur ad regna celorum. Qui

**O**rdo ad cōmunicandum  
vuit ⁊ regnat in secula seculorum.  
Amen. Postea sacerdos eleuet cor-  
pus domini de tabernaculo: ⁊ infir-  
mus adoret: ⁊ Sacerdos interroget  
infirmum: dicens. Credis quod hic  
fit Christus saluator mundi? Re-  
spondet infirmus. Credo: Dicit sa-  
cerdos. Sic sicut ego dico. Domine  
non sum dignus vt intres sub tectum  
meum: sed tantum dic verbo: ⁊ sana-  
bitur anima mea: Deinde sacerdos  
tradēs infirmo Eucharistiam: dicat.  
Accipe frater vel soror viaticum cor-  
poris domini nostri Jesu Christi: qui  
te custodiat ab hoste maligno: ⁊ per-  
ducatur in vitam eternam. Amen:

Postea Sacerdos abluat digitos  
cum vino aut aqua ⁊ tradat infirmo  
lotionem: nihil dicens. Peracta com-  
munionem sacerdos dicat: v̄ Domine  
exaudi orationem meam. R. Et cla-  
mor meus ad te veniat. v̄ Dominus



vobiscum. Et cum spiritu tuo.

**O** Domine sancte: pater omnipotens eterne Deus: te fideliter deprecamur: et vt accipienti fratri nostro: vel sorori: sacrosanctum corpus dñi nostri Jesu Christi filij tui: tam corporis: q̄ anime profit ad remedium sempiternū. R. Amen.

His peractis: iterum aspergat aquā benedictam: et dicat. Dñs vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oremus.

**A**udi nos domine sãcte: pater omnipotens: eterne deus: et mittere digneris sanctū angelum tuum de celis: qui custodiat: foueat: protegat: visitet: atq; defendat omnes habitantes in hoc habitaculo: Per Christum ꝛc.

Quo dicto reuertatur ad ecclesiam dicendo: Psal. Misere mei deus secundum ꝛc. Reuersus igitur ad ecclesiam sacerdos cum corpore domi-

**O**rdo ad cōmunicandum  
nidum fuerit ante altare sacramenti :  
vertit se ad eos qui sacramentum as-  
sociauerunt genuflexos: ⁊ facit eis bre-  
uem confessionem ⁊ absolutionem: ⁊  
annunciat indulgentiam dierum du-  
centorum illis qui sacramentum cum  
lumine sunt prosequuti: qui uero sine lu-  
mine: centum dies pro quolibet: **Do-**  
**stea** dicit super eos orationem. **Do-**  
**minus vobiscum. R. Et cum spiritu**  
**tuo. Oremus. Oratio.**

**O**eus qui nobis sub sacra  
mēto mirabili passionis  
tue memoriā reliquisti: tri-  
bue quesumus: ita nos cor-  
poris ⁊ sanguinis tui sacra myste-  
ria venerari: vt redēptionis tue fructū  
in nobis iugiter sentiamus. **Qui uiuis**  
**⁊ regnas ꝑ omnia secula ⁊c. R. Amen.**

**Postea** eleuato tabernaculo cū cor-  
pore dñi facit signum Crucis super  
eos: ⁊ reponit sacramentū in loco suo.

Ordo ad vngendum  
Infirmum.

**S**acerdos accipiat oleum sanctum: Deinde ordinate procedat dicendo. **Psal. Miserere mei.** vt dictum est supra: in communionem: cum autem peruentum fuerit ad locum: vbi iacet infirmus: Sacerdos intrans dicat: **v. Pax huic domui. R. Et omnibus habitantibus in ea.** Deinde accedat ad egrotum & dicat. **v. Adiutorium nostrum in nomine domini. R. Qui fecit celum & terram. v. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.**

Oremus.

Oratio.

**D**utroceat: domine Iesu Chri-  
ste: domum hanc sub nostre  
humilitatis ingressu eterna  
felicitas: diuina prosperitas: sere-  
na letitia: charitas fructuosa: sanitas  
sempiterna. Effugiat ex hoc loco ac-

E

## Ad vngendum

cessus demonum: ad sint angeli pacis:  
domumq; hanc deserat omnis mali-  
gna discordia: Magnifica domine su-  
per nos nomen sanctum tuum: et be-  
ne **✠** dic nostre conuersationi: san-  
cti **✠** fica nostre humilitatis ingres-  
sum. Qui sanctus et pius es: et perma-  
nes cum patre et spiritu sancto in secu-  
la seculorum. **R. Amen. Oratio.**

**Q**uemus et deprecemur domi-  
num nostrum Iesum Chri-  
stum: ut Benedicendo be-  
ne **✠** dicat hoc tabernaculum: et om-  
nes habitantes in eo: et det eis ange-  
lum bonum custodem: et faciat eos si-  
bi seruire ad considerandum mirabi-  
lia de lege sua: auertat ab eis omnes  
contrarias potestates: eripiat eos ab  
omni formidine: et ab omni perturba-  
tione: ac sanos in hoc tabernaculo cu-  
stodire dignetur. Qui cum patre et spiri-  
tu sancto viuunt et regnant in secula secu-

lorū. R. Amē. O remus. Oratio.

**A**udi domine sancte: pater omnipotens: eterne deus: et mittere digneris sanctum angelum tuum de celis: qui custodiat: foueat: protegat: visitet atq; defendat: omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum dominum nostrum.

Deinde in modum crucis aspergat egrotum aqua benedicta postea domum dicendo: añā. Asperges me domine: Psal. Misere mei: et. Gloria patri. et repetitur: añā. Asperges me domine: Deinde immediate egrotus faciat confessionem et dicat: Confiteor deo et. Quo dicto Sacerdos eum abouat dicens: Misereatur tui et. Indulgentiam absolutionem et.

**D**ominus noster Iesus Christus: te absoluat: et ego auctoritate ipsius absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maio-

Ad vngendum  
ris: vel minoris: suspensionis: et in-  
terdicti: et ab omnibus peccatis tuis:  
et restituo te vnioni: et cōmunioni san-  
cte matris ecclesie absolutum: In no-  
mine pa-**†** tris: et fi-**†** lij: et spiritus-**†**  
sancti: Amen. Interim omnes sacer-  
dotes astantes dicant legendo: septē  
Psalmi penitentiales cum letanijs:  
dum autem psalmi dicuntur: vel cum  
dicti fuerint: sacerdos intincto pollice  
in oleo sancto dicat absolute.

**E**n nomine pa-**†** tris: et fi-**†** lij:  
et spiritus-**†** sancti: Extingua-  
tur in te omnis virtus diaboli  
per impositionem manuum nostra-  
rum: immo per inuocationem sancte  
Trinitatis: et omnium sanctorū An-  
gelorum: Archangelorum: Patriar-  
charum: Propbetarum: Apostolo-  
rum: Martyrum: confessorum: vir-  
ginum: atq; omnium simul sanctorū.  
R. Amen. Quo dicto: faciat signum

crucis de oleo sancto in corpore egri  
in septem locis infra scriptis: ad vnā  
quāq; crucem propriam orationem  
dicendo: Ad oculos: Oratio.

**P**er istam sanctā vn **†** ctionem: ⁊  
suam piissimam misericordiam: par-  
cat tibi dominus quicquid vitio ocu-  
lorum deliquisti. **R.** Amen. **M**ini-  
ster vero tergat locum inunctum cum  
stippa: reponens eam in vase mun-  
do: ⁊ sic faciat post quamlibet vnctio-  
nem. Ad aures. Oratio.

**P**er istam sanctam vn **†** ctionem: ⁊  
suam piissimam misericordiam: par-  
cat tibi dominus quicquid vitio au-  
rium deliquisti. **R.** Amen.

Ad nares.

Oratio.

**P**er istam sanctam vn **†** ctionem: ⁊  
suam piissimam misericordiam: par-  
cat tibi dominus quicquid vitio na-  
rium deliquisti. **R.** Amen. Ad os.

**P**er istam sanctam vn **†** ctionem: ⁊

**Ad vngendum**  
suam pijsissimam misericordiam : par-  
cat tibi dominus quicquid lingue vel  
oris vitio deliquisti. **R.** Amen.

**Ad manus.**

**P**er istam sanctā vn **†** ctionem : z  
suam pijsissimam misericordiam : par-  
cat tibi dominus quicquid vitio ta-  
ctus deliquisti. **R.** Amen.

**Ad pedes:**

**P**er istam sanctam vn **†** ctionem : z  
suam pijsissimam misericordiam : par-  
cat tibi dominus quicquid gressus vi-  
tio deliquisti. **R.** Amen. **Ad lūbos.**

**P**er istam sanctam vn **†** ctionem : z  
suam pijsissimam misericordiam : par-  
cat tibi dominus quicquid lūborum  
sue carnis vitio deliquisti. **R.** Amen.

**Quibus omnibus peractis z a cleri-**  
**tis psalmis z letaniis lectis : sacerdos**  
**dicat . Kyriel . Christel . Kyriel . v .**  
**Pater noster . sub silentio . v . Et ne**  
**nos . R : Sed libera nos a malo : v :**



Saluum fac seruum tuum. **R.** Deus  
 meus sperantem in te. **Mitte ei do-**  
 mine auxilium de sancto. **R.** Et de  
 syon tuere eum. **V.** Esto ei domine tur-  
 ris fortitudinis. **R.** A facie inimici.  
**V.** Nihil proficiat inimicus in eo. **R.**  
 Et filius iniquitatis non nocebit ei.  
**V.** Domine exaudi orationem meam.  
**R.** Et clamor meus ad te veniat. **V.**  
 Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu  
 tuo: **Oremus.** **Oratio.**

**O** Domine deus: qui per Apосто-  
 lum tuum Jacobum locutus  
 es: infirmatur quis in uobis:  
 inducat presbyteros ecclesie vt orent  
 super eum: ungentes eum oleo sancto:  
 in nomine domini. Et oratio fidei sal-  
 uabit infirmum: Et si in peccatis sit:  
 dimittentur ei: cura quesumus redem-  
 ptor noster gratia spiritus sancti lan-  
 guores istius infirmi: et sua sana vul-  
 nera: eiusque dimitte peccata: atque do-

Ad vngendum

lores cunctos cordis ⁊ corporis ab eo  
expelle: plenāq; ei interiorū exterūsq;  
sanitatē misericorditer redde: vt ope  
misericordie tue restitutus: ad pristi-  
na reparetur officia. Qui cum patre  
⁊ eodem spiritus sancto viuīs ⁊ regnas  
in secula seculorum. R. Amen.

Oratio.

**R**espice quesumus domine  
famulum tuum in infirmi-  
tate sui corporis fatiscen-  
tem: ⁊ animam refoue: quam crea-  
sti: vt castigationibus emendatus: se-  
sentiat tua medicina saluatū: Per  
Christū dominū nostrum. R. Amen:

Oratio:

**O** domine sancte: pater omnipo-  
tens: eterne deus: qui benedi-  
ctionis tue gratiam egris in-  
fundendo corporibus: facturam tuam  
multiplici pietate custodis: ad inuo-  
cationem tui nominis benignus assi-  
ste: vt

ste: vt famulū tuū. **A.** ab egritudine liberatū: ⁊ sanitati donatū: dextera tua erigas: virtute cōfirmes: potestate tuearis: atq; ecclesie tue sanctisq; altaribus tuis: cum omni desiderata prosperitate restituas. **Per Christum dominū nostrū. R. Amen.**

## Oratio.

**O**minus Iesus christus apud te sit: vt te defendat: intra te sit: vt te reficiat: circa te sit: vt te conseruet: ante te sit: vt te deducat: post te sit: vt te custodiat: super te sit: vt te benedicat. **Qui in trinitate perfecta viuit ⁊ regnat in secula seculorum. R. Amen.**

**His peractis stупpa proijciatur in ignē: ⁊ eo ordine quo venerunt simul in ecclesiā reuertantur dicendo psal.**

**Miserere mei ⁊c.**

Ordo commendationis anime.  
prius fiant Letanie bre-  
ues in hunc modum.

**R** yrieleison.  
O bristeeleison.  
K yrieleison

**S**ancta Maria: ora pro eo

**O**mnes sancti Angeli z Ar-  
changelis: orate pro eo

**S**ancte Abel: ora pro eo

**O**mnis Chorus iustorū orate pro eo

**S**ancte Abraham. ora pro eo

**S**ancte Joānes Baptista. ora pro eo

**O**mnes sancti Patriarche z prophe-  
te orate pro eo

**S**ancte Petre. ora pro eo

**S**ancte Paule. ora pro eo

**S**ancte Andrea ora pro eo

**S**ancte Joannes. ora pro eo

**O**mnes sancti Apostoli z Euange-  
liste: orate pro eo

**O**mnes sancti Innocētes: ora. p eo

Sancte Stephane:	ora pro eo
Sancte Sebastiane:	ora pro eo
Omnes sc̄ti Martyres:	orate pro eo
Sancte Siluester:	ora pro eo
Sancte Gregorij:	ora pro eo
Sancte Hieronyme:	ora pro eo
Sancte benedicte	ora pro eo
Omnes sancti Pontifices ⁊ Confes- sores:	orate pro eo
Omnes sancti Doctores:	orate pro eo
Omnes sancti Monachi ⁊ Heremi- te:	orate pro eo
S̄cta maria Magdalena:	ora pro eo
Sancta Lucia.	ora pro eo
Sancta Katherina.	ora pro eo
Sancta Cecilia.	ora pro eo
Omnes sancte Virgines ⁊ Vi- due.	orate pro eo
Omnes Sancti ⁊ Sancte Dei.	orate pro eo
Propitius esto : parce ei domine.	
Propitius esto : libera eum domine:	

## Ordo commendationis

**A**b omni peccato libera eum dñe.

**A**b ira tua: libera eum domine.

**A** mala morte: libera eum domine.

**A** penis inferni: libera eum dñe.

**A** potestate diaboli: libera eum d.

**P**er natiuitatem tuã: libera eum d.

**P**er sanctam crucẽ tuã: libe. eum d.

**P**er mortẽ ⁊ sepulturã tuã: li. eum d.

**P**er gloriosam resurrectionem tu-  
am: libera eum domine.

**P**er admirabilem Ascensionem tu-  
am: libera eum domine.

**P**er gratiam spiritus sancti Para-  
cleti. libera eum domine.

**I**n die iudicij: libera eum domine.

**P**eccatores: te rogamus audi nos.

**Q**t ei parcas: te rogamus audi nos.

**Q**t ei indulgeas: te roga. audi nos.

**Q**t plenam remissionem omnium suo-  
rum peccatorum ei dones: te roga-  
mus audi nos.

**K**yrie eleison. **C**hris tee leison.

**R** yrieleison. **P**ater noster. **v.** Et ne nos inducas in tentationem. **R** Sed libera nos a malo.

Deinde pro vicino morti: cū in agone sui exitus anima visa fuerit anxiosa: dicantur he orationes:

**P**roficiscere anima Christiana de hoc mundo: in nomine Dei patris omnipotentis: qui te creauit: In nomine Iesu Christi filij eius: qui pro te passus est: In nomine spiritus sancti: qui in te effusus est: In nomine Angelorum et Archangelorum: In nomine Thronorum et Dominationum: In nomine Principatum et Potestatum: In nomine Cherubin et Seraphin: In nomine sanctorum Patriarcharum et Prophetarū: In nomine sanctorū Apostolorum: In nomine sanctorum Martyrum et Confessorum: In nomine sanctorū Monachorum

Ordo commendationis

z Heremitarum: In nomine sancta-  
rum virginum: z omnium sanctorum  
z sanctarum Dei: hodie fit in pace lo-  
cus tuus: z habitatio tua fit in sancta  
Sion: Per Christum dominum no-  
strum. Amen. Oratio:

**O** Deus misericors: deus clemēs:  
Deus qui secundum multitu-  
dinem miserationum tuarum  
peccata penitentium deles: z preteri-  
torum criminum culpas venia remis-  
sionis euacuas: respice propitius su-  
per hunc famulum tuum. A. z remis-  
sionem sibi omnium peccatorum suo-  
rum tota cordis cōfessione poscentem  
deprecatus exaudi: renoua in eo pijs-  
sime pater quicquid terrena fragili-  
tate corruptum: diabolica ve fraude  
vitiatum est: z vnitati corporis eccle-  
sie tue membrum redemptionis an-  
necte: Misere domine gemituum:  
Misere lacrymarum eius: z non



habentem fiduciam nisi in tua misericordia: ad sacramentum tue reconciliationis admitte. Per Christum dominum nostrum. R. Amen. Oratio.

**A**mmendo te omnipotenti Deo charissime frater: vel soror: et ei cuius es creatura: commito: ut cum humanitatis debitum morte interueniente persolueris: ad authorem tuum: qui te de limo terre formauerat: reuertaris. Egredienti itaque anime tue de corpore: splendidus angelorum cetus occurrat: Iudex te Apostolorum senatus excipiat Candidatorum tibi martyrum triumphatorum exercitus obuiet: liliata rutilantium te confessorum turma circundet: iubilantium te virginum chorus suscipiat: et beate quietis in sinu Patriarcharum te complexus astringat: mitis atque festiuus Christi Jesu tibi conspectus appareat: qui te inter as-

## Ordo commendationis

sistentes sibi : iugiter esse decernat : ignores omne quod horret in tenebris : quod stridet in flammis : quod cruciat in tormentis : cedit tibi teterrimus Sathana cum satellitibus suis : et in aduentu tuo te comitantibus angelis contremiscat : atque in eterne mortis chaos immane diffugiat . Erurgat deus : et dissipentur inimici eius : et fugiant qui oderunt eum a facie eius : sicut deficit fumus deficiant : sicut fluit cera a facie ignis : sic pereant peccatores a facie Dei : et iusti epuletur et exultent in conspectu Dei . Confundantur igitur : et erubescant omnes tartaree legiones et ministri Sathane iter tuum impedire nequeant : liberet te a cruciatu Christus : qui pro te crucifixus est : Constituat te Christus filius Dei viui intra Paradisi sui amena virentia : et inter oues suas te verus ille pastor agnoscat : Ille ab omnibus peccatis

catis tuis te absoluat: atq; ad dexteram suam in electorum suorum te sorte constituat: redemptorem tuum facie ad faciem videas: et presens semper assistens: manifestissimam beatis oculis aspicias veritatem. Constitutus igitur inter agmina beatorum: contemplationis diuine dulcedine potiaris in secula seculorum. **R.** Amen.

## Oratio.

**S**uscipe domine animam famuli tui in locum sibi sperande saluationis a misericordia tua. **R.** Amē. Libera domine animam famuli tui ex omnibus periculis infernorum: et de laqueis penarum: et ex omnibus tribulationibus. **R.** Amen. Libera domine animam famuli tui: sicut liberasti Enoch et Heliam de communi morte mundi. **R.** Amen: Libera domine animam famuli tui: sicut liberasti Noe de diluuiio: **R.** Amen.

## Ordo commendationis

Libera domine animam famul<sup>i</sup> tui:  
sicut liberaſti Abrahamā de bur caldeo-  
rum: **R.** Amen. Libera domine ani-  
mam famul<sup>i</sup> tui: sicut liberaſti Job  
de paſſionibus ſuis: **R.** Amen. Libe-  
ra domine animam famul<sup>i</sup> tui: sicut  
liberaſti Iſaac de hoſtia: ⁊ de manu  
patris ſui Abrabe: **R.** Amen: Li-  
bera domine animam famul<sup>i</sup> tui: ſi-  
cut liberaſti Lotb de Sodomis: ⁊  
de flamma ignis **R.** Amen. Libe-  
ra domine animam famul<sup>i</sup> tui ſicut  
liberaſti Moysen de manu Pharao-  
nis regis Egyptiorum: **R.** Amen.  
Libera domine animam famul<sup>i</sup> tui:  
ſicut liberaſti daniellem de lacu Leo-  
num: **R.** Amen. Libera domine ani-  
mam famul<sup>i</sup> tui ſicut liberaſti tres  
pueros de camino ignis ardentis: ⁊  
de manu regis iniqui. **R.** Amen. Li-  
bera domine animam famul<sup>i</sup> tui: ſi-  
cut liberaſti Suſannam de falſo crimi

ne: *R.* Amen. Libera domine animam famuli tui: sicut liberaſti Dauid de manu Saul ⁊ Holie. *R.* Amē. Libera domine animam famuli tui: sicut liberaſti Petrum ⁊ Paulum de carceribus. *R.* Amen. Et sicut beatissimam Teclam virginem ⁊ martyrem de tribus tormentis atrocissimis liberaſti: sic liberare digneris animā huius famuli tui: ⁊ tecum facias bonis congaudere celestibus. *R.* Amen.

## Oratio:

**O**mmendamus tibi domine animam famuli tui. Aprecamurq; te domine Jesu Christe saluator mundi: vt propter quam ad terram misericorditer descendisti: Patriarcharum tuorum sinibus illā insinuare non renuas. Agnosce domine creaturam tuam: non ex dijs alienis creatam: sed a te solo Deo viuo ⁊ vero: quia non est alius Deus preter

## Ordo commendationis

te: et non est secundum opera tua. Letifica domine animam eius in conspectu tuo: et ne memineris iniquitatum eius antiquarum: et ebrietatum: quas suscitauit feruor mali desiderij: licet enim peccauerit: tamen Patrem et filium: et spiritum sanctum non negauit: sed credidit: et zelum dei in se habuit: et Deum qui fecit omnia: adorauit: R.  
Amen.

## Oratio

**O**clucta iuuentutis et ignorantias eius ne memineris quesumus domine: sed secundum magnam misericordiam tuam: memor esto illius in gloria claritatis tue. Aperiantur ei celi: colletentur illi angeli: in regnum tuum domine seruum tuum suscipe: Suscipiat eum sanctus Michael archangelus Dei: qui militie meruit principatum: veniant illi obuiam sancti Angeli Dei: et perducant eum in ciuitatem celestem Hierusa-

lem. Suscipiat eum beatus Petrus apostolus: cui a Deo claves regni celestis tradite sunt. Adiuuet eum sanctus Paulus: qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo sanctus Joannes: Dilectus dei apostolus et Euangelista: cui reuelata sunt secreta celestia. Orent pro illo omnes sancti apostoli: quibus a domino data est potestas ligandi atque soluendi. Intercedant pro eo omnes sancti et electi Dei: qui pro Christi nomine tormenta in hoc seculo sustinuerunt: ut vinculis carnis erutus: peruenire mereatur ad gloriam regni celestis. Prestante domino nostro Iesu Christo: qui cum patre: et spiritu sancto uiuit et regnat in secula seculorum. R. Amen. Si anxiatur adhuc anima: dicantur hi psal. Confitemini: et Beati immaculati etc. Beinde. Ik yrieel. O bristeel: Ik yrieel. Pater noster:

**O**rdo commendationis Anime  
secreto. v. Et ne nos inducas in tenta  
tionē. R. Sed libera nos a malo. v.  
A porta inferi. R. Erue domine ani  
mā eius. v. Domine exaudi oratio  
nem meā. R. Et clamor meus ad te ve  
niat. v. Dominus vobiscum. R. Et cū  
spiritu tuo.

**O**ratio.

**I**bi domine cōmendamus  
animam famulī tui vt de  
functus seculo: tibi viuat: z  
que per fragilitatem humane con  
uersationis peccata commisit: tu ve  
nia misericordissime pietatis abster  
ge. Per Christum dominū nostrum.  
R. Amen.

**O**rdo ad sepeliendum mortuos.

Cum corpus fertur in ecclesiam: can  
tatur sequens Responsorium: v3.  
Subuenite sancti Dei &c.



# Ordo ad sepeliendū mortuos xxviii



Subuenite sc̄i dei occurrite ange-



li domini. Suscipiētes aīam eius,




Offerētes e am i cōspectu al-



tissi mi. Suscipiatte x̄ps: qui vo-



cauit te ⁊ inu Abrabe angeli de-




du cant te. Suscipiētes. Requie



eternā dōa ei dōmine: ⁊ lux

## Ordo ad sepeliendum



**N**on intres in iudicium cum seruo tuo vel ancilla tua domine: quia nullus apud te iustificabitur homo: nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio.

Non ergo eum quesumus tua iudicialis sententia premat: quem tibi vera supplicatio fidei Christiane commendat: Sed gratia tua illi succurrente mereatur euadere iudicium ultionis: qui dum viueret insignitus est signaculo sancte Trinitatis: Qui viuus et regnas in secula seculorū. **R. Amen:**

mortuos


xix




**L**iberameto mine de morte e ter



na in die illa tremenda. Quando



ce li mouendi sūt ⁊ ter ra. Dū ve



neris iudica re se culū



pignē. Tremēs fcs sū ego ⁊ ti



meo dū discussio venerit atq; ventura




ira. Quādo. Dies illa dies ire

||


# Ordo ad sepeliendum




calamitatis ⁊ mi serie: di es magna ⁊



ama ra valde. Quando celi. ♪.




**R**equie eterna dona e i domine: ⁊



lux perpetua lu ce at e i. Du.



**B**y rie ele y son. **O** briste ele y son.



**B**y rie ele y son.

**O**ratio: **P**ater noster: **V**: Et ne nos inducas in tentationem. **R**: Sed libera nos a malo. **V**: Requiem eternam


mortuos

xxx


dona eis domine: **R.** Et lux perpe-  
 tua luceat eis. **V.** A porta inferi: **R.**  
 Erue domine: **V.** Requiescat in pace  
**R.** Amen: **V.** Domine exaudi oratio-  
 nem meā. **R.** Et clamor meus ad te  
 veniat: **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et  
 cum spiritu tuo. **Oratio**

**A**bsolve quesumus domine  
 animam famulī tui: vt de-  
 functus seculo tibi viuat: et  
 peccata: que per fragilita-  
 tem carnis mundana cōuersatio-  
 ne cōmissit: tu venia misericordiss-  
 sine pietatis absterge. **Per Christum**  
**dominū nostrum: R. Amen.**

**Beinde Antiphona:**



**I**n paradisu dducāt te angeli in tuo



aduētū suscipiant te martires

2

**Is ii**


# Ordo ad sepeliendum




ducāte in ciuitatem sc̄tāz hierusalem




Et chorus angelorum te suscipiat ⁊ cum




Lazaro quōdā paupe eternam ha-



beas requiem. *Ad benedictus. asis.*




go sum resurrectio ⁊ uita qui



credit in me etiam si mortuus fu erit



uinet: ⁊ oīs qui uinet ⁊ cre dit



in me nō mori e tur in eternum. Quouae.

**O**ratio. **P**ater noster. **V.** Et ne nos inducas in tentationem. **R.** Sed libera nos a malo. **V.** Non intres in iudicium cū seruo tuo domine. **R.** Quia nullus apud te iustificabitur homo.

**V.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat.

**D**ominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo: **O**ratio.

**S**Atiffaciat tibi quesumus dñe deus ꝑ anima famuli tui: beatissime dei genitricis sēperq; virginis Marie ⁊ sanctissimorum Apostolorum Petri ⁊ Pauli omniumq; sanctorū tuorum oratio: ⁊ presentis familie tue humilis ⁊ deuota supplicatio: vt peccatorum omnium veniam: quam preca-

**Ordo ad sepeliendum**  
mur: obtineat: nec eum patiaris cruciari gebennalibus flammis: quem filij tui dñi nostri Jesu Ebristi precio-  
so sanguine redemisti. Qui tecum ⁊ spiritusancto viuit ⁊ regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

**Ordo ad sepeliendum**  
pueros. Añã.

**S**it nomen domini. psal. Laudate pueri dñm: laudate ⁊c. cum Gloria patri ⁊c. Postea repetitur Añã. k yrieel. O hristeel. k yrieel. Pater noster. v. Et nenos inducas in tenta-  
tionẽ. R. Sed libera nos a malo. v. Ecce puer meus electus quẽ elegi. R. Posui super eum spiritum meum. v. Puer erã ingeniosus. R. Et sortitus sum animã bonam. v. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. v. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

**Oratio.**



**O**mnipotens et mitissime deus  
 qui omnibus paruulis rena-  
 tis fonte baptismatis: dū mi-  
 grāt a seculo sine vllis meritis vitam  
 illico largiris eternā: sicut huius par-  
 uuli hodie credimus te fecisse: fac nos  
 quesumus per intercessionem beate  
 Marie semper Virginis et sanctissi-  
 morum Apostolorum Petri Pau-  
 li: et omnium sanctorum hic purifica-  
 tis tibi mentibus famulari: et in para-  
 diso beatis paruulis perenniter socia-  
 ri. Per Christum dominum nostrū.  
 R. Amen. Cum vero corpus porta-  
 tur ad tumulum. Añā.

Omnis spiritus. psal. Laudate do-  
 minū de celis. ik yrieel. O hristeel:  
 ik yrieel. Pater noster. v: Et ne nos  
 inducas: R. Sed libera nos a malo:  
 v. Sinite paruulos venire ad me. R.  
 Quoniam talium est regnum celorū:  
 v. Domine exaudi orationem meam

Ad sepeliendum mortuos

**R.** Et clamor meus ad te veniat. **v.**  
**Dominus vobiscum. R.** Et cum spiritu tuo.

**Oratio.**

**O**mnipotens sempiterne deus puritatis sancte amator : qui animam paruuli huius de hoc mundo ad celorum regna misericorditer reuocasti : concede : vt meritis beate **M**arie semper virginis et sanctissimorum **A**postolorum **P**etri et **P**auli : et omnium sanctorum in eodem regno nos cum omnibus sanctis tuis cogaudere valeamus. **P**er **C**hristum dominum nostrum. **R.** Amen.

Ordo ad faciendum aquam  
benedictam. v̄.

Aditorium nostrum in nomine do-  
mini. R: Qui fecit celum ⁊ terram.

Deinde incipiat Exorcismum salis  
absolute. Exorcismum.

**E**xorcizo te creatura salis per  
Deum ⁊ viuū: per Deū ⁊  
verū: per Deum ⁊ sanctum:  
per Deum qui te per Heliseum pro-  
phetam in aquam mitti iussit: vt sana-  
retur sterilitas aque: vt efficiaris sal  
exorcizatum in salutem credentium:  
⁊ sis omnibus te sumentibus sanitas  
anime ⁊ corporis: ⁊ effugiat: atq; di-  
scedat ab eo loco in quo aspersum fue-  
ris: omnis phantasia ⁊ nequitia: vel  
versutia diabolice fraudis: omnisq;  
spiritus immūduꝝ adiuratus: per eū  
qui venturus est iudicare viuos ⁊ mor-  
tuos ⁊c. R. Amen.

Oratio.

3

Ordo ad faciendum

**D**emensam clementiam tuam omnipotens eterne deus humiliter imploramus: vt hanc creaturam salis quam in vsu generis humani tribuisti: bene **+**dicere et sancti **+**ficare digneris: vt sit omnibus sumentibus sanitas mentis et corporis: vt quicquid ex eo tactum vel aspersum fuerit: careat omni immunditia omniq; impugnatione spiritualis nequitie. **Per dominum nostrum et c.**

Exorcismus aque

**A**xorcizo te creatura aque in nomine Dei patris **+**omnipotentis: et in nomine Iesu **+**christi filij eius dñi nostri: et in virtute spiritus sancti: **+**vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici: et ipsum inimicum eradicare et explantare valeas cum angelis suis apostaticis: per virtutem domini nostri Iesu **+**christi: qui venturus

aquam benedictam: xxxiiij  
est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊c. R.

Amen

Oratio:

**O** Deus qui ad salutem humani generis maxima queq; sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius inuocationibus nostris: ⁊ elemento huic multimodis purificationibus preparato: virtutem tue bene **+** dictionis infunde: vt creatura tua mysterijs tuis seruiens: ad abiiciendos demones morbosq; pellendos diuine gratie sumat effectum: vt quicquid in domibus vel in locis fidelium hec vnda resperserit: careat omni immunditia: liberetur a noxa: non illic resideat spiritus pestilens: non aura corrumpens: discendant omnes insidie latentis inimici: ⁊ si quid est qd aut incolumitati habitantium inuidet aut quieti: aspersione huius aque effugiat: vt salubritas per inuocationem tui sancti nominis ex-

**O**rdo ad faciendum aquã bñdictã.  
petita: ab omnibus sit impugnatio-  
nibus defensa. **P**er dñm nostrum ꝛc.  
**H**ic mittat sal in aquã in modum cru-  
cis dicendo: **C**ommixtio salis ꝛ aque  
pariter fiat in nomine pa **T**ris: ꝛ  
fi **F**ilij: ꝛ spiritus **S**ancti. **R**: Amen  
**D**einde dicat sacerdos. **V**. Dominus  
vobiscum. **R**. Et cum spiritu tuo.

**O**remus:

**O**ratio.

**O** Deus inuicte virtutis auctor :  
ꝛ insuperabilis imperij rex: ac  
semper magnificus triũpha-  
tor : qui aduerse dominationis vires  
reprimis : qui inimici rugientis seui-  
tiam superas : qui hostiles nequitas  
potenter expugnas : te domine tre-  
mentes ꝛ supplices deprecamur ac  
petimus : vt hanc creaturam salis ꝛ  
aque dignanter aspicias : benignus  
illustres: pietatis tue rore sancti **F**ilij  
ces: vt vbicumq; aspersa fuerit : per in-  
uocationem sancti tui nominis : om-

Benedictio panis ⁊ ouorū. xxxv  
nis infestatio immundi spiritus abij-  
ciatur: terrorq; venenosi serpentis  
procul pellatur: ⁊ presentia sancti spi-  
ritus nobis misericordiam tuam po-  
scentibus vbiq; adesse dignetur. Per  
dominum nostrum Iesum Christum  
filium tuum. Qui. Benedictio pa-  
nis. v. Adiutorium. v. Dominus vo-  
biscum. R. Et cum spiritu tuo.

**B**ene **I**dic domine hanc crea-  
turam panis sicut benedixisti  
quinq; panes in deserto: vt sit  
omnibus gustantibus abundans ali-  
mentum: vt omnes: qui ex eo accepe-  
rint: accipiant tam corporis quam ani-  
me sanitatem. Per Christum ⁊c.

Benedictio ouorum

**B**uueniat quesumus dñe tue  
bene **I**dictionis gratia huic  
ouorū creature: de qua pul-  
los gallinarū dignatus es p  
creare: vt cibus salubris fiat tuis fi

Benedictio agni  
delibus in tuarum gratiarum actio-  
ne sumentibus. Per Christum domi-  
num nostrum. R. Amen.

Benedictio Agni et carniū in die  
sācto Pasche. V.

A diutorium nostrum in nomine do-  
mini. R. Qui fecit celum et terram. V.  
Domine exaudi orationem meam.  
R. Et clamor meus ad te veniat. V.  
Dominus vobiscum. R. Et cum spi-  
ritu tuo: O remus. Oratio.

**E**su Christe filij dei viui qui es  
verus et immaculatus agnus:  
quiq; immaculatus in ara cru-  
cis peccata mundi delesti: et nos ad  
ouile proprijs humeris reportasti:  
has carnes agni quas ad vsus ho-  
minum creasti: bene ✠ dicere et lan-  
cti ✠ ficare digneris: vt omnes ex  
eis sumentes se sentiant tuis benefi-  
cijs repletos: et corporis et anime sa-  
nitatem te annuente se percepisse le-



tentur: Saluator mundi. Qui uiuis z regnas cum deo patre in unitate spiritus sancti deus zc.

O remus.

Oratio.

**O**eus vniuerse carnis: qui Noe z filijs suis de mundis z imundis animalibus precepta dedisti: quiq; sicut olera herbarum humano generi quadrupedia munda edere permisisti: qui agnum in Egypto Moysi z populo tuo in vigilia Pasche comedere precepisti: in figuram agni domini nostri Jesu Christi: cuius sanguine omnia primogenita tibi de mundo redemisti: z angelo in nocte illa omne primogenitum in Egypto percutere precepisti: seruans populū tuum agni sanguine prenotatum: dignare quesumus domine deus omnipotens: bene **✠**dicere z sancti **✠**ficare has ouium: agnorum: hedorum: anium: z quorumcunq; mundorum:

Benedictio vve vel ficuum  
animalium carnes: vt quicunq; de  
tuis fidelibus populis ex eis comede-  
rint: omni bene **+** dictione celesti ⁊  
tua perenni repleti gratia satientur.  
Per eundem Christum dominū no-  
strum. **R.** Amen. Aspergantur car-  
nes aqua benedicta.

De benedictione vve vel ficuum  
⁊ aliorum fructuum v̄:  
**A**diutorium nostrum in nomine do-  
mini: **R.** Qui fecit celum ⁊ terram. **v̄:**  
Domine exaudi orationem meam: **R.**  
Et clamor meus ad te veniat: **v̄:** Do-  
minus vobiscum: **R.** Et cum spiritu  
tuo: **O**remus: **O**ratio:

**B**ene **+** dic dñe hos fru-  
ctus nouos vve: vel ficuū:  
pomorū: castanearum: pe-  
ponū: amigdalarū ⁊c: que  
tu per rorem celi ⁊ inundanti-  
am pluuiarum ⁊ tempora sere-  
na atq; tranquilla: ad maturitatem  
perducere

et aliorum fructuum xxxvii  
perducere dignatus es : ad percipi-  
dum nobis cum gratiarum actione.  
Per Christum dominum nostrum.  
R. Amen.

De benedictione communi  
ad omnia: v.

A diutorium nostrum in nomine do-  
mini: R. Qui fecit celum et terram, v.  
Domine exaudi orationem meam: R.  
Et clamor meus ad te veniat: v. Do-  
minus vobiscum: R. Et cum spiritu  
tuo. O remus: Oratio.

**B**ene dic domine crea-  
turam istam: A. vel A.  
vt sit remedium saluta-  
re generi humano: et pre-  
sta per inuocationem tui sanctissi-  
mi nominis : vt quicumque ex ea  
sumperint : vel gustauerint: cor-  
poris sanitatem et anime tutelam ac-  
cipiant. Per Christum dominum no-  
strum, R. Amen.

R

Benedictio candelarum. v.

**A**diutorium nostrum in nomine do-  
mini. **R.** Qui fecit celum ⁊ terram.

**v.** Domine exaudi orationē meam.

**R.** Et clamor meus ad te veniat. **v.**

**D**ominus vobiscum. **R.** Et cum spi-  
ritu tuo. **O**remus: **O**ratio.

**O** Domine Iesu Chryste lux ve-  
ra: qui illuminas omnē homi-  
nem venientem in hunc mun-  
dum: effunde bene **✠** dictionē tuam  
super hos cereos ⁊ super has cande-  
las: ⁊ sancti **✠** fica lumine gratie  
tue: ⁊ concede propitius: vt sicut hec  
luminaria: igne visibili accēsa: noctur-  
nas depellunt tenebras: ita corda no-  
stra inuisibili igne: id est spiritus san-  
cti splendore illustrata: omnium pec-  
catorum ⁊ vitiorum cecitate careant:  
vt puro mentis oculo cernere semper  
possimus que tibi sunt placita ⁊ nostre  
saluti vtilia: quatenus post huius se-

Benedictio peregrinorū. xxxviii  
culi caliginosa discrimina ad lucē in-  
deficientem peruenire mereamur .  
Qui uiuis ⁊ regnas cum deo patre in  
vnitate spiritus sancti deus. Per om-  
nia secula seculorum. R. Amen

Postea aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Peregrinorum:

O ratio sup baculos: ⁊ capsellas: sacer-  
dos sup pelliceo ⁊ stola idutus dicat.

v. Adiuutoriū nostrum in nomine do-  
mini. R. Qui fecit celum ⁊ terram.

v. Ostende nobis dñe. R. Et salutare.

v. Domine exaudi orationē meam.

R. Et clamor meus ad te veniat. v.

Dominus vobiscum. R. Et cum spi-  
ritu tuo. O remus. Oratio.

**O**mine Iesu Christe mūdi re-  
demptor ⁊ cōditor: qui p os  
beati Apostoli tui Pauli in-  
notuisti non habere nos hic manentē  
ciuitatem: sed futuram hinc debere in-  
quirere semper: quiq; beatis Aposto-

## Benedictio Peregrinorum

lis precepisti vt euntes ad predican-  
dum verbum dei: virgas tantū sume-  
rent: te suppliciter deprecamur: vt di-  
gneris has scarsellas siue peras: pro  
tui nominis amore: ad instar humilis  
armature lateri applicandas: ⁊ hos  
sustentationis baculos bene ✠ dice-  
re: quatenus portantes eos in pere-  
grinationis signum ⁊ suorum corpo-  
rum sustentationē: celestis gratie ple-  
nitudinē in eis ⁊ munimen valeant  
tue benedictionis percipere: quemad-  
modum virga Aaron ad rebellū Ju-  
deorum perfidiam repellendā bene-  
dixisti: ita ⁊ hos famulos tuos: per hec  
insignia que ad honorem ⁊ reueren-  
tiam Apostolorum tuorum Petri ⁊  
Pauli vel **A**: assumere cupiunt de ma-  
nibus nostris: ⁊ ad eorū limina vene-  
randa portare: bene ✠ dicas: ⁊ ab om-  
nibus peccatis absoluas: vt in die iu-  
diciij in parte mereantur dextera col-

locari : Qui viuus ꝛc.

Benedictio.

**B**Ignaculum Dei pa<sup>+</sup>tris:  
 ꝛ fi<sup>+</sup>lij: ꝛ spiritus<sup>+</sup> san-  
 cti descendat celitus super  
 hos baculos ꝛ has peras: vt  
 qui eos portauerint: ab omniū ini-  
 micorū insidijs sint defensi. Per **C**hri-  
 stum dominum nostrum: **R.** Amen.

**T**unc Sacerdos aspergat eos aqua  
 benedicta: Postea faciat confessio-  
 nem: qua facta: eos peregrinis tra-  
 dens dicat.

**A**ccipite hos baculos ꝛ has  
 peras: ꝛ pergite ad limina  
 beatorum Apostolorū Pe-  
 tri ꝛ Pauli: vel sancte Ma-  
 rie de Loreto: vel ad limina sancti  
**A.** In nomine pa<sup>+</sup>tris: ꝛ fi<sup>+</sup>lij:  
 ꝛ spiritus<sup>+</sup> sancti. Amen. Et per  
 eos mereamini in hoc seculo remissio-  
 nem omnium peccatorum accipe-

## Alia benedictio.

re: et in futuro consortium beatorum  
atque ad limina sanctorum quo perge-  
re cupitis: feliciter peruenire: et per-  
acto itinere: ad nos incolumes remea-  
re. **Añã In viam pacis: Psal. Be-**  
**nedictus dominus deus Israel: cum**  
**Gloria patri: Añã In viam pacis et**  
**prosperitatis dirigat dominus gres-**  
**sus vestros. R. yrieel. O. bristeel.**  
**R. yrieel. Pater noster. V. Et ne**  
**nos. R. Sed libera. V. Saluos fac**  
**seruos tuos. R. Deus meus speran-**  
**tes in te. V. Mitte eis domine auri-**  
**lium de sancto. R. Et de Syon tuere**  
**eos. V. Esto eis domine turris forti-**  
**tudinis. R. A facie inimici. V. Fiat**  
**miseriçordia tua domine super nos.**  
**R. Quemadmodum sperauimus in**  
**te. V. Domine exaudi orationẽ meã.**  
**R. Et clamor meus ad te veniat. V.**  
**Dominus vobiscum. R. Et cum spi-**  
**ritu tuo: Oremus. Oratio.**



**A**desto dñe supplicationi-  
bus nr̄is: ⁊ viam famolorū  
tuorū in salutis tue prospe-  
ritate dispone: vt inter omnes vie  
⁊ vite huius: varietates tuo semp  
protegantur auxilio. Oratio.

**D**eus qui trāstulisti patres  
nostros p mare rubrū: ad  
laudē tui nominis decan-  
tādā: te suppliciter depre-  
camur: vt nauigātes famulos tuos  
repulsis aduersitatibus: cursu tranquil-  
lo ⁊ portu semp optabili tuearis. **P**er  
Christū dominū nostrū. **D**einde as-  
pergat eos aqua benedicta dicens .

**P**er aque aspersionem det vobis om-  
nipotens deus ad eundū ⁊ redeundū  
suam gratiā ⁊ benedictionem. Amen.

**A**t Benedictio Dei omnipotentis  
pa-**†**tris: ⁊ fi-**†**lij: ⁊ spiritus **†**san-  
cti descendat super vos ⁊ maneat sem-  
per. nobiscum Amen Finis.

Registrum.

A B C D E F G H I K.

Omnes sunt duerni:



Dantue apud Venturinum Ruffi-  
nellum. D. D. lviij.  
mense Junij.

10402

Hand 155.  
A. H. Fair 183. 94.

1546-87

NC

